

nouata, ac literas desuper confectas cum omnibus & singulis in eis contentis clausulis & decretis [quatenus sint in vnu, & decretis Concilii Tridentini non aduersentur] Apostolica auctoritate approbavit, & confirmavit, illisque perpetue, & inviolabilis firmitatis robore adiecit, ac de uno Monasterio ad aliud extendit, ac omnes & singulos tam iuris, quam facti defectus [si qui forsan interuenerint in eisdem] suppleuit. Et nihilominus pro potiori cautela illa omnia eidem Ordini Sancti Hieronymi, ac singulis eius Monasterijs, Dominibus, locis & congregationibus, ac illorum Superioribus Fratribus, & etiam utriusque sexus personis quibuscunq; de uno eorum Monasterio ad aliud extendit.

¶ Et insuper omnes, & singulas gratias spirituales tam coniunctim, quam diuisim, & alias quoniadolibet, quibusvis alijs Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, ac tam virorum, quam mulierum Monasteriis & Domibus ceterisque regularibus, vel prijs locis in quibuscunque mundi partibus constitutis, illorumque Superioribus, Officialibus, Ministeris, eorumque Capiculis, & etiam utriusque sexus personis quibuscunque, per quoscun-